

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)*Mythologiae libri decem*, Francfort, André Wechel, 1581[Collection](#)*Mythologia*, Francfort, 1581 - Livre VII[Item](#)*Mythologia*, Francfort, 1581 - VI, 22 : De Typhone

## Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 22 : De Typhone

### Auteur(s) : Conti, Natale

","author\_name\_items":"Auteur(s)","author\_size\_items":"16px","title\_size\_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider(); /\* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.\_\_jsonld); }); \*/ }, false);

### Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[79\] : De Typhone](#)

---

### Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 22 : De Typhone](#)

---

### Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 23 : De Typhon ou Typhee](#) est une transformation de ce document

---

### Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 22 : De Typhon ou Typhœe](#) est une traduction de ce document

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

**S**ED quoniam dictum est de Gigantibus, nonnullaque tam de Typhone antiquius, cum plura de illo, quae de quovis ceterorum dicta inueniantur, neque eadem causa sit, cur nascetur, visum est mihi seorsum esse de Typhone, quod ab antiquis dicatur, explicandum. Scriptum reliquit igitur Homerus in hymno in Apollinē, Iunonem ægide ferentem quod lupiter sine se ex capite Minervā peperisset, et cælū ac terrā precatam finisse. omnesque Deos superos & inferos, ut posset & ipsa sine mari congregatu patere: quæ cum manu humā percussisset, sequenti postea tempore natus est ex ea terra Typhon, qui dracanthe tradundus traditus est, ut patet ex his versibus:

Ἄγροῦ δὲ κρήπην κελεύσσοι, οὐδέ τε δράκων τε  
κτείνειν ἀσταῖς διοῖς ψός ἀπὸ κρατηρού βίοισι,  
ζαπεφία μεγάλην, τίραντα γριψαν, πλαγὴν τολμή  
ἀνθρώποις ἴσδισκον ἐπὶ χθονί πολλὰ μίνατε,  
παλαιόν μῆλο ταῦτα δέ· ἐπεὶ τίλε πῦμα μαρτυρεῖ,  
καὶ ποτε δέ αμέτην χρυσοῦρον τὸ τριφενές ήρωες  
διέντες αρχαλίεστε τυφάσα πῦμα μεροτοισι.  
ἔτεστε μὲν ήρη ἔτικτε χρλωσκείην διὶ πατεῖ,  
ιοῦτε μέρας δὲ κροκίδην ἵρικυδία γένεται· λόγιλιο  
ἰν κορυφῇ.

*Illi tunc propè fons, illuc tamen lofa dracane  
In rixāt iaculo regis magno è Ione nati,  
Pessim & atralnes mortaliibus illa virorum,  
Illa fuit pecudum exitium, granis illarumna.  
Illa alius caput pulchra à Iuno ne Typhona  
Difficilemque granemque luem mortalibus agris.  
Hunc irata Ioni patre Iuno edidit, olim  
Quod fuit illius de Verticenata Minerva.*

Hesiodus autem in Theogonia Terræ ac Tartari siue Erebi solum fuisse Typhona credidit siue Typhoeum, ut patet in his:

αὐτῷ δέ τε καὶ τοῦντας ἄλλοι φραγῆσι λασσε τεῦ,  
ἐπλοτοτοντεῖς ποιεῖται τυρπίτες γάια πληθώρη,  
ταρτάροι φιλέτητε διὰ χρυσῆν αὐροδίτην.

Et ne omnia hic asseribam Hesiodi carmina, quæ omnibus sunt in promptu, Latinè sententiam Hesiodi ita ex tempore explicabo:

*Verum ubi Titanar celsi turbasset ab alio*

In piter hinc genuit mox alma Typhoea Tellus  
 Postremum ex Erebo Veneris dulcedine capta.  
 Huic palma ad quam miranda negotia duxo  
 Robore erant prompti que pedes: centum capita altis  
 Ex humeris, sans surgebant sorua draconis  
 Ora sub hinc linguis lambentia caca tris fulcis.  
 Igne corniscabant cilijs sub lumenata terra.  
 Dentq; quodq; caput flammam spirabat, & ignem:  
 Omnibus horreabant voces, variisque sonabant,  
 Horrendumque dabant geminum: saepe ore tenabant,  
 Numeribus magnis & sine concurrete usi:  
 Interdum ingens tauri rugire boato,  
 Interdum geminum sans dare vis a leonis,  
 Interdumque canum latrantium emittere voces.  
 Rursum & horrendum sonitum ab radicibus imus  
 Miscebant montes sombrosi, luce sed illa  
 Deoq; fusa potens nimium force ista propago,  
 Arque viros, superosque Deos viscasset; ab alto  
 Nepater omnipotens hominum sator atque Deorum,  
 Aethere de sonitus & fulmina crebra repente.  
 Seditione est & (ut traditum est à Theodoro in bello Giganteo)  
 contentione plena eius educatio, cum aliij in Lydia, inter quos  
 fuit Artemon historicus, aliij in Phrygia educatum fuisse con-  
 tenderint, aliij in Cilicia in spelonca Typhonis nominata cele-  
 berrima, cum inquit etiam Homerus:

οὐδὲν πάντοις ὄπις φασι τυφωῖος θύματα τύρας.  
 Hic igitur sunt Arimi, incannabula dicta Typhonius.

Erat autem Typhoeus admirabili corporis magnitudine,  
 quippe qui omnium montium altior esset vertice vel crurum  
 tenus: caput astra tangebat, altera manus ad orientem, altera  
 ad occidētem tendebatur. Ex humeris centū capita draconum  
 eminebant, in cruribus maximas habebat viperatum spiras.  
 Corpus erat totū pennis obiectum, crines impexi, barba pro-  
 lixa, oculi ignei, ignis ex ore multus feruebat. Hunc fugienti-  
 bus Diis Iupiter insecurus ad Caucasum montem Syriæ fulmi-  
 ne sauciauit. At ille Iouem deinde captum detinuit, cui harpe  
 illa, quā illi ademit, manuum pedumq; nervios fecit, & in Ci-  
 liciam impositum humeris transportauit. At Mercurius Io-  
 uem suratus restituit in pristinam formam. Tū Iupiter iterum  
 illum

Hum infensus fulmine vulnerauit apud Hænum montem, qui ita dictus fuit à copia sanguinis qui ibi de vulnere defluxit; mox in Siciliam illi fugienti Ætnam superiniecit, ut testatur Euphorion. & Pindarus in Olympicis Typhonem centum caputum sub Ætna occultari inquit in his:

ἀλλά κερόνι πται, οὐ κίτταν ἔχει  
ἴπον ἀνθεμόθαστον ἐκπολ-  
κιφάλε τυφῶνες δημερίμν.  
Sed Saturni fili, quiς Ἀετηνη habet  
Cætinum ventosum habentem centum  
Capita Typhonii fortis.

Alij nō à Ioue, sed ab Apolline confossum fuisse sagittis testantur. Scriptum reliquit Strabo lib. 16. Typhonem serpentem, ut quidam putarunt, sed non hominem fuisse: qui fulminibus ictus dum latebras quereret ad fugam, terrā secut longis tractibus non procul ab Oronte fluui in agro Apamieni in Antiochia iuxta Seleuciam. Pindarus tamē & Homerius arbitrati sunt Typhonem in Cilicia sepultum fuisse, ut testatur Isaius in commentarijs in Lycophronem. Alij dixerunt Typhonem à Ioue fulmine percussum in Syriam, & in agrum Pelusium, qui est Aegypti, profugisse, seque in lacum Serbonidem occulasse, qui ē Syria Pelulum usq; protenditur: cuius sententiae fuit Herodotus. Nam & Apollonius lib. 1. Argon. locum fuisse scribit ad montis Caucasi radices, qui Typhonnia vocaretur, ubi iustum fuisse à Ioue Typhonem memorant in Nysa insula ad Serbonidem lacum predictum, ut est in his:

τεῖος μηδεὶς πιθεῖτ' ἄμφι τὸ ιουτα,  
ἀθάνατος οὐδὲ δύπνει, οὐ αὐτὴ γαῖα ἀνίψιται  
κλικάστη ἐγκυμοῖσι, τυφαστὸν ὅδι πίπει  
ἔρει τυφάνει φασὶ λιός Κρονίδεο κιραυνῶ  
βλέμματος, διπότεοι σιβαράτει πορίξατο χέρας,  
θεομόν ἀπόκρατος σάξαι φόνος. Ικάτο δι' αὐτῶν  
ἄρτανος πάσιον Νυστίον, ἵνθ' ἔτι ταῦ πιθοί  
κατα ύποθρύχοις τεφρωτίδος ὑδεσι λιμνεῖται.  
Taliū eum supra et circum consolans in angūi,  
Est insomnis ibi serpens, quem terra creauit  
Ad inaga Cæcasia, atq; Typhonia est οὐδὲ πεττα:  
Fulmine ibi casum memorant, atq; igne Typhoeum  
Exarsisse Iouis dextram inde resendet inermem.

Ille toni supplex, sed frustra. Iupiter ignes  
In caput hinc tergit: montes, Nysamq; perirent  
Ille fuga, quochnq; metuq; pedesq; tuiere.

Nunc etiam ille latet clam sub Serbonidu<sup>m</sup> unde.  
Et nos non iniucundis quibusdarn (vt arbitror) carminibus lu-  
sumus in quadam epistola, quam ad clarissimū & grauissimum  
senatorem Venetum Michaelem Sorianum Equitē misimus,  
prēclarum sanè patrīe suę & omnium bonorum non medior-  
ēt ornamentum: ita vero se habent ea carmina:

Fons erat illūmū, virrea pellucida<sup>m</sup> ſonda,  
Quens non turbarant volucres, non colla ferarum  
Vngula, non colla delapsa ex arbore frondes;  
Nec pastor pecudes fitientes egerat illuc:  
Sed circum densifructicos, & marginis herbas  
Mollis erat ſylu<sup>m</sup> & cingebatur opacis.

Hic cecidit rāculis Phœbi maculosu<sup>m</sup> dracana,  
Pestis & arraines mortalisbus. Ille Typhonis  
Quippe alterix fuerat: Iuno hinc portarat alendum,  
Admersusque louem genuit, fraudare sugales  
Ille thoros quoniām passus, Venerisque maritam  
Primārīa ſocia dulcedine, ſob̄ ipſe Minervam  
Concepit ſolus. Timuit nam pallida Iuno  
Ne noua gignendis ratio foret iſta reperita  
Pignorisbus, nullusque foret mox coniugia ſus.

Terribilis postquam Iunonū crevit alumnus  
Anguincie pedib⁹ ſublīmī ſertice cælum  
Tangebat: corpus plumaque anguesque tegebant  
Innumeris: plaga orientis dextera ſolis  
Cum ſtareret, plaga tangebat luna cadentis.  
Huc centum capita expirantianaribus ignem  
Anſa louem contra, cælumque insurgere contra.  
Sed pater omnipotens tonitrus & fulmina dextra  
Deicycit in terras: tremuerunt marmure montes  
In ſolito, mundumque rati compage ſolata  
Sunt tuere. At lauit tandem Serbonidu<sup>m</sup> ſonda  
Ipſe Typhon ſetus flagrantis fulmine igne.  
Aeternas tulit oppreſſus mox pondera montis.  
Vix humana Dei ſic ſpernit robur, & iram.

Fama est, n. iuxta Typhoniam è ſanic percussi Typhonis natū  
fuſſo

fuisse illum draconem, qui vellus aureum seruabat in Colchis. Quamuis Acusilaus crediderit omnes serpentes e Typhonis sanguine pullulasse. At Apollonius Rhodius in eo libro quem scripsit de ædificatione Alexandriæ, e sanguine Medusæ, ut opportunitas dicetur. Zenodus fabulam longè ab his diuersam tradidit de ortu serpentum: inquit enim fuisse hominem in Asia regio nomine Phalangem, qui sororem habuit nunciparam Arachnen. cæterum Phalanx ubi adoleuisset, artem militarem à Pallade doctus fuisse dicitur: cum Arachne soror omnia illa diligenter didicisset, quæ spectant ad telæ conficiendæ, & ad suendi artificium. at enim cum Phalanx cum sororem habuisset, fama est ita facti turpitudine commotam esse Deam, tamque grauiter facinus tulisse, ut ambos in serpentes verterit. Arachne cum esset grauida ex fratre, iussa est à Pallade non sine maximo vite discrimine parere, quare à filiis corrossa fuit; quod etiam cæteris eiusdem generis dicitur postmodum accidisse. atque hæc serpentum origo à nonnullis tradita est. Verum cum Caucasus mons arderet, is in Italiam ad Pithecius insulas confugit, ut ait Pherecydes. est autem Nyfa, cuius in lacu primum occultatus fuit Typhoeus, non longe ab Ægypto ut patet ex his carminibus Herodori:

Ἱτι τις Νύσην ὑπαπεκίρατ, ἀνδέον υλῃ,

τηλῆ δενίσαι, λαζόν αἰγάπτιον φοάων.

*Insula Nyfa frequens sylnum, atque ultima tellus,*

*Distant Phœnice, Ægypti est vicina flentis.*

Typhonem alij in Phrygia, alij in Boœtia, alij in Pitheciis humatum fuisse tradiderunt: atque nos aliquando his Græcis carminibus vniuersam vim iniustitiae aut iniuriarum attigimus ludentes:

Δ' ἄνθιστι χρῆμ' ὀλούπτατον ἀνδράσιν θεῖν,

ἡ γένες ἐξαλειπτική τε φροτον.

Τὸν δὲ ἄματοις δρονᾶσιν εριπύσι διαθίσαντ

πελματέθρων οὐδὲ δῆτ' οὐχ οὐρανοῖς.

Ἐπτακαὶ πλέτε κύριων διξαντο δύγατρις,

διθέσσει ταῦτα κύριον, εὐποριστε κόρη.

Οὐργὴ ἐπέτη λάθος φρέσφος, οὐ ποίφος, οὐδὲ ἀτίταλος\*

ηδὲ τοπρηφανί μαζῶν οὐν πέρος οἶ.

απωργάνωσι δὲ κύριων σφινῶν πλιονεῖς ἀνταστα-

κόρεμάντι δὲ φίλων τὰ Θρασυττα λάθι,

T

μῆσος, Αγαύειδάτ τε μαγκαχύσα. πάγηνατέτην  
ιω̄ ὀκίνημα τη̄ κύπειδος ἔργα διάτ,  
καὶ δόνος αἰματόφε, πολὺ καὶ μεῖος Αρπαχάων.  
ἴρθυχενταύτης καὶ προετήζεισα.

ὅτ μετὰ δὲ σύμπτωξι κόρων πολύδροις ἀλαζών  
Αἰδίκια πέστερον καὶ πίερόνας ἀρ ιφι.

ἴσαι δὲ οἱ κύρσομέντη πυρὶ λαμπτεῖσιτ, οὐκτίσ.

ἴδι φόνος ὁ μόσφρων πλησίους εἰρλαφρόνος.

ἄντι πριχῶν ὄφεις μὴν ίωλεις ἀθρόοις πῆται

καὶ τε δρακοντείω τὸ πόδε, γναψηπός διυξ.

ἴδελος ὑρανόστη πίπηνα, πάσιταις τ' ἀπιρέματα

ἀθανάτες, λαμπταντάτα τυραννίδ' ἔχει.

ἄλλα κλραυκωθέστε βούλας πυρόντι χαμᾶς οφε

ἴκτεσαν αὐτῆμαρ, καὶ πίερα καὶ σφλεγι.

εὶ μὴ δῆτα πεσόντα φίλην θεούντελετο κέρην

Ηδονή, Αἰδίκιας ὅτε τὸ μνῆμ' ἀρ ίσι.

πάντα φλέγεσ, καὶ πάντα τόκῳ, καὶ πάντα τάξαπος

ἀνθρώπων, ὅτε δὲ παπτρίδ' ἐπ ἀσέπεσος.

ὅτε θιάτη μακάρων ίμπηθη θύριδος ἀλκῆς.

Ὕδρειος ήδίσιδη, καὶ κλέος, ὅτε βροτός.

Ἄτε πεντάμετρος φίρον ἀνδρεετῆς δεικτής αὐτῆς.

Θάρσης τε βαρεῖς ἱεμνον, ὄχλας λάθορ.

Τῆς κρετ ἀνθύρισκον πολεμόκλεοντούρον λέγον,

καὶ ταξίδεις σρετιάς, δακρυόστα πόνον.

Ἄλλον πεσοσφρόντα φόγον, πολίμης τε μάχαστε,

καὶ παπνιζομέτων τίφραν ίδησι δόμαν,

τέρπετο καὶ δὲ ήδη λύση τ' ἵθρων τε σωσίμαν.

Αἰδίκιος ἀνθρώπων πάντης ἵθρων μέσην.

αὐτη μὲν βασιλῆας ἀπορρίπτασκος ἀφ' ίδρων

χειροδέταν· τέττες δὲ ἄλιτο χρονοσωσί-

εὶ μηδὲ Αἰδίκιας μανίτας λυσφυμί έρύκει,

πόρφυρος πάγτων ράσια γένοιτο βροτοῖς.

ἴε κόρσεις καὶ διεδρον τὸν βασιν ἵκραλι κύρι

Αἰδίκιαν, καὶ έμφο δεῖξε κρυπτοῦ πίσον.

ὅτε ματ' Αἰδίκιας φίλη ἴμπεδος, ὅτε τοις δόρος·

ἡρεμία φθύραι, μητε σίβροσμα μένη.

ἄλλες πόνης σάσιδες τ' ἀσάγει, ταραχάς τε βλάβεσ τε,

τῆχον, καὶ πόλεμον, καὶ κλονοστα φέρον.

καὶ βορύφες, ιποχέτε, καὶ ἀνάγκης τοῖς πιεριάπι.

καὶ

κατει κλοπὰς, οὐνάς, κυρίας πρόμος, ἥδη φυγή.  
τέλεστον ἴσι μακάν γένος τίς γε διακρίθη αὐτὸν,  
ἴσις ἀπειθεὶς μιαρᾶς εἰσεις ἀπ' αὐτοῖς.  
οὐτὶς θεός μέντος δ' οἰκεῖ τοτέλεστον ἀπωθεος,  
μέντος κυρία μάλα δὲ ὄλφιός ἴσις θεός.

*Quæ carmina ita sunt à Laurentio Gotnio meo amico Latinè  
prolata, quem ob singularēm bonitatem morumque elegan-  
tiam voicē diligo. Sed cūm ratio carminis non tam commo-  
dē iniustitiam patiatur, pro illa vitur improbitate.*

*Improbitate magis non est mortalebus folia*

*Res granis; humānum destruit illa genus.*

*Hanc Acheronte satum peperit Nox lirida partus*

*Quo Furias, atra quis fuit annis aqua.*

*Vesana Pluri nata cepere puellam,*

*Inuidia infelix, Copia & inde soror.*

*Vbera porrexit siccanda Superbia, & Ira*

*Ipsa suo hanc aluit Dina verenda finis.*

*Sternxit Amaritia angusti regina puellam*

*Fascia, & huic iuncta est Temeritas sociæ,*

*Atque pudore carens Audacia, cum Scelere: horum*

*Ludicra erant Paphia facta nefanda Deæ,*

*Crudeles cades, & vis permulta Rapina.*

*Hæ Petulantia mox additur ipsa comes.*

*Improbitas his est colludere suetæ puellæ*

*Fallax, alata qua prius ortæ fuit.*

*Ipsa simillima erant ardentes lumina flamma,*

*Ludebat cades plurima & incilius.*

*Tempora lambebant densi pro crinibus angues,*

*Atque vngues curvis, pesque draconius erat.*

*Affolitare ansa est celestis a regnacioni antij,*

*Tentauitque volans desicere inde Deos.*

*Sed percussa gravis flagrantis fulminis igne*

*Labitur in terræ, ala perusta cadit.*

*Ac nisi delapsam cepisset amica Voluptas,*

*Nec nomen, nec vis Improbitatimerat.*

*Plurima vexauit, vastauit, multa cecidit*

*Illa furium, & primum decidit in patriam.*

*Ac neque vitrandam superiorum credidit iram,*

*Terruit hand Pudor, est visita nec illa metu.*

*Contra hanc mortales statuerunt iura, granique  
 Thorace induit tela cruenta ferunt.*  
*Inuentus contra hanc bellis lacrymabilis ordo, &*  
*Pralesia pugnacis sanguinolenta Dèi.*  
*Sed latata fuit certamina prælia, turbas,*  
*Intrita, in cineres & recidisse domos:*  
*Atque propinquorum est odia gauisa, feroci*  
*Et rabie. Improbitas vexat iniqua viros.*  
*Vna suis reges desecit sedibus, sona*  
*Præcipites illos Fortis ad ira dedit.*  
*Ac nisi franaasset Infamia visa parumper,*  
*Tum saeva improbitas omnia destrueret.*  
*Mittitur improbitas ad cornu dira, crucem,*  
*Illam multiplicis vas patet esse malis.*  
*Nulla quiet, nullus pudor, aut opulentia, nulla*  
*Vincula amicorum cum improbitate manent.*  
*Sunt illi cords lates, & iurgia, rixa,*  
*Clamores, strepitus, bella, odium, opprobrium;*  
*Furta, paucor, tremor, atque incendia, noxa, tumultus,*  
*Et dolor infelix, cumque rapina fuga.*  
*Denique ab æsum tantum quis distat, ab ipso*  
*Infelix quantum distat improbitas.*  
*Et quoniam Deus Enus abest quam maxime, aperte*  
*Pelicem solum diuersis esse Deum.*

¶ Quidam putarunt Typhonem regem fuisse Ægypti hominem inhumanum ac ferum, ob cuius crudelitate propè universa Ægyptus fuerit deuastata & euersa: qui ita fuit vocatus è draconis crudelissimi natura, vel quia more draconis Ægyptum popularetur. quem, ut ait Herodotus in Euterpe, Otris de medio sustulit. Alij Typhonem insignem fuisse draconem arbitrantur, quia id animal cùm dicatur à Grecis ἄρπις, quod in aquis & in terra æquè viuat, fingitur modò sub aquas, modò sub terrâ occultatus. is draco ita dictus fuit, quoniam ob singularem vim veneni omnia cōbureret, faceretq; ut contacta arescerent. cùm igitur vis aeris illum vndique expelleret, neque sat sapientiam sibi temperiem inuenire posset, dictus est Iouis metu in Ægyptum profugisse, ubi cùm æstum ferre non posset, in lacum metus interit. Hic dicitur à Ionone procreatus terra percussa, quia tanta vis est acris temperamenti

menti aliquando, ut & magnitudine & forma admirabiles plantæ & animalia inaudita oriuntur. Alij hanc fabulam ad res naturæ totam retulerunt: quippe cùm scribat Strabo libro quinto, vniuersum tractum à Cumis in Siciliam usque, & Aenam, & Liparenses insulas, & Puteolanum, Neapolitanum, Euanumque agrum Pitheciusque insulas, quasdam profundas & in unum coeuntes sub se solitas habere caueas, quæ in Græciam quoque porrigerentur, in quibus multa vis inesset sulphurea. Idcirco quibusdam temporibus cùm ventis spirantibus subterraneis terræmotus fierent frequentes in his locis, & flammam, feruentiumque aquarum profuuiia, ignisque exhalationes, & cineres cum fauillis longius emittebantur, fabulari sunt antiqui serpentem illum siue Ægypti tytannum perpetuo supplicio damnatum sub iis locis iacere, qui quoties moueretur, ignem ac cineres eructaret, terrasq; concuteret. Aiunt præterea sicut quendam in insula Sicilia per terræmotus ac incendia elatum Epomeum in medio ferè insulæ vocatum fuisse, qui natus sit cùm Typhoeus humerum moueret. Alij vim ventorum non subterraneorum quidem, sed è sublimi loco spirantium esse Typhonem crediderunt, qui & orientem & occidentem plagam manibus pettingeret, & cuius capita altissimè usque ad sidera peruenirent, nam venti latissime vagantur, plura capita illi concesserunt, ob variis diversorum vires: corpus erat pennis tectum ob celeritatem: circa crura frequentes viperarum spaxe, propter noxiam vim aliquando ventorum: oculi ignei, flamasque ex ore spirabant, propter materiam ventorum, quæ sit è fiscis calidisque vaporibus. Fingitur ad montem Caucasum confugisse, quia in montibus venti plerumque dominantur. Alij ad primam mundi originem hoc deduxerunt, cùm dicant tantam vim ventorum & inflammationem natam ex Erebo siue ex Chao, mox à Ioue depresso, cùm Jupiter *Δικαστής* sit siue commoda tempestes: quam vim coeli ac mundi temperies depressit, cùm vero ob cauernosa loca venti & ignes sint subterranei, postea fabulati sunt hunc in Sicilia à Ioue fuisse fulmine deicatum. Alij Typhonem pestiferam aeris male affecti natum ob nimium calorem putarunt: quippe cùm vis nimia æstatis plurimum obsit humanis corporibus, eaq; imbecilliora faciat ad reliquias temporum mutationes perferendas. Mox

cum recedente sole per signiferum circulum aliquando cessa-  
nisset aestus, facta est magna imbrum actionitruī copia, cum  
per calorem imbræ coire non possent. tum fulmina frequen-  
tia ceciderunt, quare Iupiter fulminibus Typhonem primum  
in Ægyptum fugauit, & in loca calidiora ad meridiem: deinde  
sub Ætnam detrusit. Quidam Typhonem hominem  
fuisse ferocem & strenuum arbitrati sunt, qui Iouem de regno  
collecta magna exulum & inuidorum manu conatus fit deci-  
cere, quare ob potentiam illi tantum corpus tribuunt, quod  
inflammavit nonnullos aduersus Iouem persuadendo, dictus  
fuit ignem ex ore spirare solitus, & neruos Ioui concidisse.  
Hos illi furatus est Mercurius, ac Ioui reddidit, quoniam Iouis  
oratione postea reconciliati sunt animi illorum, qui à Ioue de-  
sciuerant. Alij rursus ad reuocandos animos ab ambitione  
fabulam hanc retorserunt, qui cum significare velint illam pef-  
simam omniū propè vitiorum esse: & filiam Erebi, & ignem  
ex ore efflare dixerunt. Haec aduersus Iouem insurgit, quoni-  
am nulla est religionis, nulla humanitatis, nulla iustitiae cura,  
vbi pullularit ambitionis furor. Quæ cum multa habeat capi-  
ta, multos modos, multas solitudines, multas molestias eius  
significarunt. Hunc Typhonem, siue hanc ambitionem, huc  
illuc fugientem Iupiter tandem opprimit ac labefactat, quia  
etsi cupiditas aliquandiu rationi sapientiæque resistit, tamen  
ab illa denique vincitur. neque quispiam est sapiens, qui ra-  
tioni demum obtemperet, etsi cupiditate aliquantulum ex-  
agitetur. at nunc de Paride dicamus.

## De Paride. CAP. XXII.

**N**ON imperitè sanè, neque inutiliter, sed ad demonstran-  
dam humanae ritæ levitatem, illa quo de Paride Priami  
& Hecubæ filio tradita sunt, quod Palladem, & Venerem, &  
Junonem de forma contendentes iudicauit, memorie prodi-  
ta sunt ab antiquis. Atque ut rem altius repetam, dicunt pre-  
gnantem Hecubam somnia esse faciem ardentis ignis, quæ  
vniuersam Asiam inflammaret, peperisse: cui ariolos percun-  
stanti responsum fuit, futurum ut infans, quem in utero gesta-  
bat, esset causa excidij suæ patriæ. quam rem ita attigit Ouidius  
in epistola Paridis ad Helenam:

IIIa